Iustinianus <Imperium Byzantinum, Imperator, I.>: Codex Ivris Civilis Ivstinianei (Band 4): Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Imp. PP. Avgvsti, Repetitae Praelectionis Libri Duodecim

Lyon, 1627 Seite 1331

prohibitum à matre, non erit quidem tutor: vnde de alio pater prouideat. & secundùm hoc dic, quod alij: non patri dirigit sermonem. & quod dicit, *communi*: scilicet Titij dantis, & Bertæ prohibentis. sicque erit melior conditio prohibentis: vt & *ff. communi diuid. l. Sabinus.*

a ¶ *Reſcriptio.* ſcilicet quæ dicit eum remoueri ſine infamia. ACCVRS. FLORENT.

b ¶ *Si in fraude.* vt & *ſ. de ſuſp. tu. l. fi.*

c ¶ *Non ſuffragabitur.* ſic & monachus licèt in minoribus ordinib. conſtitutus, in quibus aliàs ſi non eſſet monachus, poteſt habere vxorem: monachus non habet: vt *in authent. de mona. § ſi verò relinquens. verſ. quòd ſi facti. coll. j.* & facit *ad l. ff. de confirma. tu. l. vtilitatem.*

ſcriptio [a], ſi in fraude [b] conuictus fuerit, non ſuffragabitur [c].

PP. XIII. Kal. Mart. Laterano, & Ruffino Coss.

VT CAVSÆ POST PVBERTATEM adſit tutor.

TITVLVS XLVIII.

Tutela finitur pubertate: periculum autem adminiſtrationis non antè finitur, quàm tutor rationes reddiderit, & tutelam omnem curatori reſtituerit, l. vlt. ſ. de per. tut. *& ſententia quoque prætoris, aut præſidis, ſi qua opus ſit, liberatus fuerit,* l. 15. ſ. de adm. tut. *Et non tranſtulit omnẽ, qui detinet inſtrumenta litis ſuo conſilio cœpta. Ergo periculum eius litis ad eum pertinet: non ad curatorem.* CVIAC.

Tutor cauſam pupilli inchoatam proſequi tenetur etiam poſt pupillarem ætatem, ſi inſtrumenta curatori non reddiderit. SALYC.

1. *Imp.* PHILIPPVS A. *Dextro.*

TVTORES, [d] qui necdum adminiſtrationem ad curatores tranſtulerunt [e] *, defenſioni cauſarum [f] pupillarium adſiſtere oportere ſæpè reſcriptum eſt. Et ideò ſi (vt proponis) inſtrumenta, quibus aſſeri [g] poſſunt cauſæ prouocationis, etiamnum hi, [h] quorum meminiſti, apud ſe detinent: aditus præſes prouinciæ periculi ſui eos admoneri præcipiet. PP. XII. Kalend. Nouembr. Philippo A. & Titiano Coss.

VBI PVPILLI EDVCARI * DEBEANT.

TITVLVS XLIX.

PArs adminiſtrationis præcipua, ſi negotia pupillaria ſpectus, eſt defenſio cauſa pupillaris. Si perſonam, educatio: quo nomine non tantum victus ſignificatur, & veſtiarium, & habitatio, l. vlt. D. de alim. leg. *ſed etiam inſtitutio morum, & liberalium artium,* l. 2. tit. ſeq. *educatio ingenij, vt in Comœdia; Benè, & pudicè doctum, atque eruditum ingenium. Educantur verò plerumque apud matrem viduam: vel ſi ea de re non benè conueniat inter tutores, matrem, & cognatos, apud eum, quem educatorem decreuerit prætor, aut præſes,* l. 1. *qui vtique non decernet temerè educatorem eum, qui pupilli ſucceſſionem ſperat,* l. 2. *licèt eadem ratione ad eum redierit tutela legitima. Hoc autem diſtat hic tit. à 24. quòd hic eſt de liberis orbatis patre, ille de habentibus patrem.* CVIAC.

Pupilli educari debent apud matrem: niſi ad ſecunda vota tranſeuerit. BALD. Vel ſic: *Quando de tranſitu matris ad ſecunda vota eſt contentio, iudicis committitur arbitrio: & onus alimentandi pupillum eſt neceſſarium.*

1. *Imp.* ALEXANDER A. *Dionyſodoro.*

DVCATIO pupillorum [a] tutorum nulli magis, [i] quàm matri eorum, ſi non vitricum [k] eis induxerit, committenda eſt. Quando autem [l] inter eam, & cognatos, & tutores ſuper hoc orta fuerit dubitatio: aditus præſes prouinciæ, inſpecta perſonarum qualitate, [m] & coniunctione [n], perpendet vbi puer educari debeat. Sin autem æſtimauerit apud quem educari debeat: is neceſſitatem [o] habebit hoc facere, quod † præſes iuſſerit. PP. VII. Id. Febr. Maximo II. & Æliano Coss.

Vbi pupillus educetur, eſt in iudicis arbitrio: de eo tamen, qui ei ſuccedere debet, eſt iuſta ſuſpicio. SALYC.

11. *Impp.* DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. & CC. *Grata.*

VTrùm nepos tuus * ex filia apud te: an apud patruum ſuum morari debeat, ex ſingulorum affectione, & qui magis ad ſuſpicionem ex ſpe ſucceſſionis [p] propior ſit, æſtimabitur. Script. XVIII. Kalendas Nouembr. Nicomediæ, CC. Coss.

Plana eſt differentia inter hunc titulum, & illum ſuprà, diuortio facto: quia ibi diuortio ſolutum erat matrimonium: hic morte patris.

DE ALIMENTIS PVPILLO præſtandis.

TITVLVS L.

Conſequens erat docere alimenta conſtitui pupillo, vel adulto, & præſtari ſine mora arbitrio tutoris, vel arbitrio prætoris, aut præſidis pro modo facultatum, etiàm ſi de ſtatu ei, bonúſque paternis, quæ poſſidet ex edicto Carboniano, vel ſuo iure, controuerſia fiat, l. 1. *& aliquando tutius eſſe ſine decreto magiſtratus ea conſtitui tutoris, vel curatoris arbitrio: nec enim poſſe minores probè recuſare ſumptus, quibus*

Ducatio.] CAVS. Si inter matrem, & pupillum, & tutorem, & alios conſanguineos ſit controuerſia apud quem educari debeat pupillus: ſi mater ad ſecundas nuptias non conuolauerit, præferenda eſt. Si autem ad ſecundas nuptias cõuolauerit, & orta fuerit quæſtio inter matrem, & tutores, ſeu conſanguineos ſuper tutela pupillorum: debet adiri præſes prouinciæ: qui inſpecta qualitate perſonarũ, & coniunctione perpendet: & ſi iudex decreuerit apud quem educari debeat, ille neceſſe habebit hoc facere.

a ¶ Educatio pupillorum. Iuſtin. *in Nou. 22. § porrò & illud.* CVIAC.

i ¶ *Nulli magis.* quia in illis eſt affectus [a], &c. vt *ſ. de cura. fu. l. fi. ſ. reſpon.*

k ¶ *Si non vitricum* [b], &c. quia tunc etiam filiorum vitam ei addiceret: vt *ſ. de admin. tut. l. lex. qua. §. lex enim.*

¶ Sed nónne poteſt eſſe tutor [c] vitricus? Reſpon. ſic: vt *ſ. de contra. iu. tu. l. fin.* Sed reſpond. non [d] per hoc apud eum, vel eam [e] debent educari. Alij dicunt quòd à [f] parte poteſt dari tutor: non à iudice.

l ¶ *Quando autem.* retento eodem caſu quando ſecundò nupſit: aliàs nulla ſuper hoc fieret deliberatio ſed indiſtinctè matri cõmitteretur: vt *ſ. e. l.* Vel hìc quando mater non apperit: ſed alij dicit committendam, & tutor alij: vel tertiò ſuprà non fiebat quæſtio inter tutorem, & matrem, & cognatos, hìc ſic. prima placet: vt *in authent. de nupt. §. eiusdem quoque. collat. iiij. conſtit. j.*

m ¶ *Qualitate.* vt tamen non ſit apud eos, qui pudicitiæ eius inſidientur. vt *ff. eod. l. ſi diſcepletur.*

n ¶ *Coniunctione.* vt *ff. eo. l. j.* & facit *ff. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fin.*

o ¶ *Neceſſitatem.* ſecùs in curatore bonorum: vt *ff. de cur. bonis dan. l. j. §. quæritur.*

VTrum.] CASVS. Auus maternus, & paternus contendebant inter ſe apud quem educari debeat pupillus: iudex æſtimabit quis eorum maiorem affectionem erga pupillum habeat: & quis magis inſidiaretur vitæ pupilli propter ſpem ſuccedendi: vt non ille, ſed alius admittatur.

p ¶ *Ex ſpe ſucceſſionis.* vt illi non concedatur: vt *ſ. de nuptiis. l. vidua. §. ſed*

Ducatio.] CASVS. Si inter matrem, & pupillum, & tutorem, & alios conſanguineos ſit controuerſia apud quem educari debeat pupillus: ſi mater ad ſecundas nuptias non conuolauerit, præferenda eſt. Si autem ad ſecundas nuptias cõuolauerit, & orta fuerit quæſtio inter matrem, & tutores, ſeu conſanguineos ſuper tutela pupillorum: debet adiri præſes prouinciæ: qui inſpecta qualitate perſonarũ, & coniunctione perpendet: & ſi iudex decreuerit apud quem educari debeat, ille neceſſe habebit hoc facere.

a ¶ Educatio pupillorum. Iuſtin. *in Nou. 22. § porrò & illud.* CVIAC.

i ¶ *Nulli magis.* quia in illis eſt affectus [a], &c. vt *ſ. de cura. fu. l. fi. ſ. reſpon.*

k ¶ *Si non vitricum* [b], &c. quia tunc etiam filiorum vitam ei addiceret: vt *ſ. de admin. tut. l. lex. qua. §. lex enim.*

¶ Sed nónne poteſt eſſe tutor [c] vitricus? Reſpon. ſic: vt *ſ. de contra. iu. tu. l. fin.* Sed reſpond. non [d] per hoc apud eum, vel eam [e] debent educari. Alij dicunt quòd à [f] parte poteſt dari tutor: non à iudice.

l ¶ *Quando autem.* retento eodem caſu quando ſecundò nupſit: aliàs nulla ſuper hoc fieret deliberatio ſed indiſtinctè matri cõmitteretur: vt *ſ. e. l.* Vel hìc quando mater non apperit: ſed alij dicit committendam, & tutor alij: vel tertiò ſuprà non fiebat quæſtio inter tutorem, & matrem, & cognatos, hìc ſic. prima placet: vt *in authent. de nupt. §. eiusdem quoque. collat. iiij. conſtit. j.*

m ¶ *Qualitate.* vt tamen non ſit apud eos, qui pudicitiæ eius inſidientur. vt *ff. eod. l. ſi diſcepletur.*

n ¶ *Coniunctione.* vt *ff. eo. l. j.* & facit *ff. de leg. j. l. ſi ſeruus plurium. §. fin.*

o ¶ *Neceſſitatem.* ſecùs in curatore bonorum: vt *ff. de cur. bonis dan. l. j. §. quæritur.*

VTrum.] CASVS. Auus maternus, & paternus contendebant inter ſe apud quem educari debeat pupillus: iudex æſtimabit quis eorum maiorem affectionem erga pupillum habeat: & quis magis inſidiaretur vitæ pupilli propter ſpem ſuccedendi: vt non ille, ſed alius admittatur.

p ¶ *Ex ſpe ſucceſſionis.* vt illi non concedatur: vt *ſ. de nuptiis. l. vidua. §. ſed*

---

* al. *tranſtulerint.*

* *educentur.* in omnibus manuſcr.

a Adiocatus an teneatur appellationis cauſam ſine nouo ſalario agere.

VT CAVSÆ POST pubertatem adſit tutor.

Vtores.] CASVS. Pendente tutela cauſam pupilli tutor egit, & ſuccubuit, & appellauit: omnia acta penes eum habet, & factus eſt pup. adultus: nunquid cauſam appellationis proſequi tutor debet? Dicitur quòd ſic.

d ¶ *Tutores.* vel eorum heredes: vt *ff. de hered. tut. l. j. & de appell. l. tutor.*

e ¶ *Tranſtulerunt.* ſecùs ſi tranſtulerint: vt *ff. de appell. l. tutor. & ff. ſ. pendẽ. appell. mors inter. l. j. in fin.*

f ¶ *Cauſarum.* cœptarum antequàm finiretur tutela pubertate: vt *hìc* erat. *& ff. de admin. tuto. l. ita autem. §. ſi tutor. & arg. ff. de neg. geſt. l. nam & Seruius. §. ſi viuo. & j. arbi. tut. l. tutor poſt puberem.* ſecùs videtur in curatore poſt XXV. an. vt *ff. de appell. l. negotiorum. §. fin.* ſed magis dic idem: vt *ff. de admini. tut. l. ita autem. §. fin.* & illa *de appell.* loquitur quando non habebat curator quondam inſtrumenta: ſed minor factus maior: & facit ad hanc *l. ſ. de perc. tuto. l. fin. & ff. rem pupil. ſal. fo. l. ſi poſtea. & ff. de admini. tuto. l. à tutoribꝰ. §. j.* ¶ Item not. hìc arg. quòd procurator, [a] & aduocatus ſiue nouo ſalario cauſam appellationis agere debent: quod Io. non placet.

g ¶ *Aſſeri.* ſic ergo qui appellat, probat: quod eſt falſum: vt not. *infrà de appell. l. hi, qui.* vide gloſſ. *in c. in præſentia. ſuper verbo, ſtandum. extra de renunciation.*

h ¶ *Hi.* Tutores quondam.

VBI PVPILLI educari debeant.

---

a Nullus affectus vincit maternum.

b v. Guidonem Papæ *dec. 539. in fr.*

c Vitricus priuigni ſui tutor eſſe poteſt: vt *hic, ſimilis eſt Glo. in l. vlt. in verba, pro bono. in fr. de cognoſcen. iudicis tutela. & in Nouell. de nuptiis. 22. c. 18. in verbis, datur; & in l. nouimanquam. 32. ff. de adoptionibus.*

d Priuignus apud vitricũ, tametſi tutorem, educari non debet: vt *hic.* adde *d. Gl. Nouell. de nuptiis c. 18. & d. l. vlt.* Contra *in Memorialib. in verbo, vitricus.*

† al. *quem.*

e Filius apud matrem ſecundo nupſit, non eſt educandus. adde Gloſſ. *Nouell. 22. de nupt.*

f Vitricus priuigno tutor, à quo dari poſſit. adde *d. Glo. Nouella.*

* aliàs incipit hæc lex. *Vtrum ne poſſimus ex filia,* &c. quam lectionem nõ reperi in manuſcr.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/justinian1627bd4/0718
© Universitätsbibliothek Heidelberg